



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90118014**

§. 3. Conventus Claredonensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-66377)

tam, exigent, Holsatæ indomiti nec Sæcul. XII.  
obolum quidem se datus clamarunt. A. C. 1164.  
Sicque pacta imperfecta relicta sunt. Bel-  
lum quoque postea recruduit, & inter-  
cessit obitus Episcopi, qui eodem anno  
millesimo centesimo sexagesimo tertio  
ex hac vita migravit.

### §. III.

#### *Conventus Clarendonensis.*

Anno sequente millesimo centesimo se- *vit. quadrip.*  
xagesimo quarto, mense Januario ex- *lib. I. c. 21.*  
eunte, Rex Angliæ Regnum convocat  
universum, ut in eo Conventu recipe-  
rentur Consuetudines, quod se facturos  
esse Clerici olim negaverant. Rex in-  
stantius exigebat; ut Archiepiscopus  
Thomas, quod Oxonii sibi promiserat,  
præstaret, & Consuetudines approbaret,  
nulla addita conditione, *salvo Ordine*  
*nostro.* Sed Archiepiscopus, timens, ne  
si Regi, quod petebat, concederetur,  
deinde nullum in usu consuetudinum  
modum teneret, eo adduci non poterat,  
ut consentiret. Interim Saresberiensis  
& Norwicensis Episcopi, qui antiquum  
Regis metuebant odium, inter lacrymas  
Archiepiscopum rogabant; Clericorum  
suorum misereretur, nec se ipsum carce-  
ri dari, viros Ecclesiasticos opprimi, ipsos  
ambos capitis damnari vellet. Sed &  
Comites duo Archiepiscopum aggredie-

G g 4 bantur,

Sæcul. XII. bantur, dicentes, nisi Regis voluntati  
A.C. 1164. acquiesceret, fore, ut ex Regis jussu ad  
 inferendam ei vim compellerentur, quod  
 Regi & sibi perpetuam irrogaret infamiam. Richardus quoque, Templario-  
 rum Magister, clarissimi nominis vir, ter-  
 tio assultu urgebat Thomam; sibi cave-  
 ret, & Ecclesiæ suæ commiseratione tangi-  
 se pateretur.

Cumque omnes denique ita plange-  
 rent, tanquam in Archiepiscopi verti-  
 cem vibratos gladios viderent, tandem  
 aliorum consiliis cedens, & precibus fra-  
 ëtus, omnium primus se se obstrinxit,  
 quod Consuetudines Regias servare bo-  
 na fide vellet, nulla adjecta conditione.  
 Junxit juramentum, & hæc se facturum  
 in verbo veritatis spopondit. Id ipsum  
 in eadem forma sigillatim universi Pon-  
 tifices juraverunt.

Illoco quidam Proceres, quos hasce  
 Consuetudines præ aliis scire oportea-  
 bat, earum formulam dictare cœperunt,  
 & plerisque jam conscriptis, videns Ar-  
 chiepiscopus, quod multas alias subjun-  
 gere vellent, interlocutus dixit; se nec  
 tam diu in Regno extitisse, nec in Archi-  
 præsulatu, ut has Consuetudines plene  
 cognoscere potuisset. Sibique videri  
 tantum negotium differendum esse in  
 craftinum. Placuit sermo omnibus, sta-  
 timque in sua hospitia se receperunt.

§. IV.